

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 128. Anglorum molimina ad armorum societatem cum Cæsare  
ineundam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

**Sæcul XVI.** istis armis Scotiam invadens Hedinam  
 A.C. 1549. omni annonæ, armorumque apparatu  
 instruxit: cum vero Germani, atque  
 Hispani, quos in suo exercitu numera-  
 bat, cæderentur, horumque primi om-  
 nibus sarcinis essent exscoliati, reliqui  
 ferme omnes trucidati fuere, eorumque  
 Dux jure belli captus abstrahebatur.  
 Angliæ Senatus spectatis hisce rerum  
 vicissitudinibus seria mente perpende-  
 bat, quod partam Hedinensem urbem  
 ægre admodum, ac non sine immensis  
 ferme sumptibus tueri possent, omni-  
 busque circum vicinis agris penitus de-  
 vastatis præsidiarii duntaxat ex Anglia  
 commeatus copiam habere valerent, ea  
 autem inde plusquam triginta milliari-  
 bus distaret, hinc Senatus hanc urbem  
 hosti ultro cedere decrevit, idque die  
 prima Octobris effectui dedit, unde  
 Thermus vix illius obsidionem parabat,  
 cum eidem quantocius nullo ferme ne-  
 gotio traderetur.

## §. CXXVIII.

*Anglorum molimina ad armorum So-  
 cietatem cum Cæsare ineundam.*

**R**ebus undique turbatis unicum An-  
 glis subsidium superesse videbatur  
 in Carolo V. Cæsare, unde de pangendo  
 fœdere agi cæptum est, quantum-  
 vis

vis hujus Principis auxilium valde am- Sæcul. XVI.  
 bigum videretur, eoquod Christianissi- A.C. 1549.  
 mus hic Imperator adulterinæ reforma-  
 tioni nullatenus faveret. Pariter An-  
 gliæ Protector censebat, Gallis soluta  
 quadam pecuniarum summa Bononien-  
 sem urbem esse reddendam, simulque  
 cum illis æque, ac cum Scotis pacem  
 ineundam. Verum Protectoris hostes,  
 aliique Confiliarii ignominiæ labem An-  
 glicæ Nationi inferri ajebant, si tanti  
 momenti urbs auro commutaretur. Hanc  
 in rem Pagetus Regiæ Familiæ Inspe-  
 ctor sermonem rationum momentis ad-  
 modum gravem in Senatu habuit, in  
 quo fœderis consilium omnino exequen-  
 dum proposuit, tantumque effecit, ut  
 illummet ad Cæsaris aulam esse able-  
 gandum decerneretur, eo fine, ut una-  
 cum Hobbyo Eduardi Legato fœderis  
 pacta Cæsarem inter, & Henricum VIII.  
 olim erecta rursum innovari, eaque a  
 Flandriæ Ordinibus rata haberri peteret.  
 Suscepto hoc negotio Pagetus rem ef-  
 fectui datus discessit, ac prospero iti-  
 nere in Flandriam pervenit: verum ex-  
 pectatione sua remissius in Cæsaris au-  
 la excipiebatur; cum enim aliquamdiu  
 alloquii copia differretur, Atrebatensis  
 duntaxat Episcopus, ac duo Cæsarei  
 Consilii Senatores, qui legationis illius  
 caussas exciperent, nominabantur: hi

E 4

ergo

Sæc. XVI. ergo Pagetum adeuntes primum cum  
A.C. 1549. eo colloquium, atque evolutis aliquot  
 diebus alterum habebant, quorum ut-  
 rumque quamvis valde prolixum, haud  
 alium tamen exitum est fortitum, nisi  
 ut cuncta Pageti postulata rejicerentur,  
 unde hic non sine indignatione inde re-  
 cedere cogebatur.

## §. CXXIX.

*Magdeburgenses Cæsari obliquantes.*

*Sleid. I. 21.  
p. 755.  
Thuan. I. 6.  
num. 4.* Nec magis contenti erant Magdebur-  
 genses, eoque illos Cæsar tan-  
 quam hostes suos haberet, semperque  
 velut suos inimicos divexaret. E-  
 quidem sese ejus decreto de Religione  
 edito continuata pertinacia subjicere re-  
 cusabant, hinc eos armorum vi, non  
 rationum pondere ad illud acceptan-  
 dum compellere nitebatur, ac nondum  
 pristinis calamitatibus, quibus eos an-  
 tea vexabat, satiatus omne hostilis cru-  
 delitatis genus in hosce populos exer-  
 ceri permittebat, usque adeo, ut eo-  
 rum etiam patriam diripientium furori  
 exponeret (\*), cum autem urbis Se-  
 nato-

(\*) De hac Cæsaris fævitia Sleidanus, ac  
 Thuanus, quos Continuator solos alle-  
 gat, nullam mentionem faciunt: ast Conti-  
 nuatori